

*apud Nos recordatio bonorum, quia fides hominis nescit cum morte deficere. Secreta nostra, quasi obli-
visceretur, occuluit; jussa; quasi scriberet, per ordinem retinuit: sine avaritia serviens, & gratiam
nostram summa cupiditate perquiriens.*

37 Quantum verò fides in his qui gratissimum Regalis præsentia ac favoris pondus sustinent, re-
quiratur, idem (l), etiam Auctor alibi Cyprianum, sacrarum largitionum electum Comitem, laudans, his
non minus elegantibus, & notatu dignis verbis edisserit: *Accessit meritis tuis cunctis lardibus pretio-
sior fides. Quam divina diligunt, mortalia venerantur. Nam inter mundi fluctuantes procellas, unde se hu-
mania fragilitas contineret, nostris aëtibus mentis firmitas non adeset? Hec inter socios amicitiam servat:
hæc dominis pura integritate fanudatur: hac superne Majestati reverentiam pœ. credititatis impedit. Et
si beneficium tantæ rei latius queras, incommutabilis Fidei est omne, quod bene vivitur. Meruisti haë-
nus, ut honorum fastigia crederemus, age nunc, ut tibi gratia nostræ celsiora nibilominus conferamus.*

38 Maneat igitur ex prefatis, quod cum nullus unquam fuerit, neque esse possit Principes, qui
sine Administris suum regat Imperium, ut & praeter suprà dictos, benè etiam Albericus Gentilis (m),
& Fredericus Marsalaer, de legatis agentes, observant. Neque his succensendum esse, si non mini-
mam rectiōnē ejusdem Imperii partem suis humeris subeant (o), dum modo tales eos Cassiodorus, &
reliqui Auctores prælibati delineant, famulos non dominos præstent, illudque Virgilii (p) de Mace-
nate in simili Fortuna constituto, præoculis habeant,

*Omnia cum possis tanto cum carus Amico, Te sentit nemo posse nocere tamen.
Et cum Plinio Juniore (q) judicent: *Pulchrum, & magna laude dignum, Amicitia Principis in hoc
uti, quantunque gratia valeat, aiorum honoribus experiri.**

39 Neque item Principibus, quod talibus Administris, veluti oculis, auribus, ac manibus, in Em-
blemate nostro figuratis, utantur, dommodò in eorum delectione modum adhibeant, discantque ex
eodem Plinio (r): *Principum opus Principum esse Amicos parare; eosque, qui omni prorsus fastu, omni
ambitu, omni tumore, ac superbia, omni denique vito careant, in suarum curarum, ac soli-
cititudinum partem, ac levamentum admittant; improbos, & maximè, qui celata se se malitia insinuare
conantur, à tanto munere arceant: sæpè enim in speciem sana & venusta membra intus saniem tegunt,
luemque ac labem per universum corpus derivant.*

40 Ac sanè, quemadmodum ejusmodi Administrorum foelix solertia, nunc pars, nunc origo, &
interdum cumulus publicæ salutis esse solet, ut Marsalaer animadvertis (s), & pluribus exemplis Co-
ningus (t), & Saavedra noster (u) ostendunt. Ita contra, sordida, nequitia, infelicitas, ea progignunt
mala, ultra quæ malum nullum sit; & in subditorum detrimentum, imò & totius Regni intermentum
tendere soleant. Sed quoniam hujus rei tractatio integra volumina exigit, & à multis (v), nostris hisce
temporibus, plurimi libris donata, & illustrata conspicitur, hæc nunc nobis de ea, pro nostri Emblema-
tis commentary, tetigisse sufficiat.

41 Eam optimis, & non vulgatis verbis Ferdinandi Pulgarii (x) claudentes, qui de Regis nostri
Emerici IV. animi dotibus ac moribus agens, ita ait: *E ciertamente se debe considerar, que como quer que
no sea ageno de los hombres, tener aficion á unos mas que á otros. Pero especialmente los Reyes, que estan
en el miradero de todos, tanto menor licencia tienen de errar, quanto mas señalados, y mirados son que los
otros. Mayormente en las cosas de la justicia, de la qual tambien deben usar, mostrando su aficion templada
al que lo mereciere, como en todas las otras cosas. Porque de mostrarse los Reyes aficionados sin templanza,
é no á quien, ni como, ni por lo que lo deben ser, nacen muchas veces las embidias, do se siguen las desobe-
diencias, é vienen las guerras, é otros inconvenientes, que á este Rey acaecieron, &c.*

42 Addo & alia verba notatu digna Joanni Barclai (y) qui lepidæ, & fabulosæ sue Argenidis
narrationi, serias graves, & veras sententias intermissens, quid de iis Administris judicet, quos Nos Pri-
vados, seu *Validos* vocare consuevimus, eleganter exponit, & injustum esse pluribus probans, quod Re-
ges velimus Amicorum consortio exules facere quod, ut suprà dixi, natura omnibus indidit, plebejam
invidiam reprehendit, quæ in omnes deservit, qui Principium amicitiæ illustres sunt, ipsisque Regibus
hac de causa ob loqui audent, & tandem sic finit, Timocleam loquentem inducens: *Nunquam placuit
tam inique obrectationis audacia, que quamquam publicæ obrectationis larva contegitur, plus insanit
umoris tamen habet, quam solida pietatis. Plurimi enim Regibus irascuntur, non quod aliquis gratia sua
subeunt; sed quid sibi gradus non pateat. Et in gratiosis, quos tam acerbè devovent, haud raro nihil ma-
gis, quam ipsa felicitas displicet. Certè, ut est domesticis nonnullos eligimus, ac velut adoptamus nostras
in curas, fidemque eorum familiaritate, & muneras, tam pensamus, quam solicitamus in futurum. Ita ni
Princeps sibi queserit vicarian opem, iisdemque rationibus aluerit, non sufficiet publicis laboribus, non me
Castor, vel si firmiores nostro Atlante cervices, incubentibus negotiis apponat, &c.*

EM-

(l) Idem Cassiod. d. lib. 5. epist. 40.

(m) Gentil. de legation. in epist. Dedicat.

(n) Marsil. eod. tract. lib. 1. cap. 1.

(o) Virg. ad Mæcen.

(p) Plin. Junius lib. 1. epist. 17.

(q) Plin. in Paneg.

(r) Marsalaer. d. cap. 1.

(s) Coning. in Theat. pol. 2. part. pag. 387.


(t) Saaved. d. Empr. 49. pag. 338. & seq.

(u) Vide pro omnib. PP. Velaz. & Lain. de opt. Princ. adm.

(x) Pulg. en ras Claros Varones, cap. 1. fol. 3.

(y) Barclai. in Argenid. lib. 1.

IORTÆ AD PRINCIPES PLURES.



*Numen ut invisas, Fani plura ostia parent,
Numen ut allicias, plurimus auctor adest.
Ergo Ministrorum populo sint ostia plura,
Regale ut Numen quisquis adire queat.
Non uno Princeps fundat moderamine rivos,
Utilibus varia munera parte fluent.*

COMMENTARIUS.

I Ater ergo Principes Administris egere; illud verò non ita patet, an uni tantum de-
beat summam sua gratia, pectoris, ac curarum impendere, vel melius, atque
utilius sibi & suis subditis sit, plures æquali loco, ac munere, pro facilitiori emer-
gentium negotiorum expeditione, suo lateri sociare? Nam sunt qui (a) patent,
commodius esse, unum tantum, de quo maximè fidant, eligere, ac præficere,
quem reliqui, veluti Principali aula atque aura Primiscrinium agnoscent, &
revereantur, emendemque suis consilis, & obsequiis juvare, non æmulari, vel ad gratia, quod vo-
cant intimū, & præmiorum officiorumque distributionem aspirare, presumant. Alioqui, ajunt,
non aliter Imperii ratio constare poterit, quā si uni reddatur, ut alias Tiberius apud Tacitum (b)
dixisse comprimitur. Ipsique inter se æqualis gratia, aut ponderis Administri, mutuis invidiis, &
æmulationibz exardescunt, & magis de obsidendo, quā de obsequendo Princepe, cui servire,
& morem grere debent, curam agent.

2 Scitur est enim, & jam inter Adagia (c) relatum, mundum non capere duos Soles, nec
unum arbusum duos erithacos, domumvè unam, duos canes alere posse. Et ut ait Seneca (d), In
vicino versar invidia, simplicius longè posita miramur. Quod, inter nullos magis experiri, quā
inter eos, qz artifici ejusdem, vel offici, vel operis existunt, universim dixit D. Basilius (e), &
in specie d'Aulicis tractans Tacitus (f), sic inquiens: *Recentem altiorum videlicet felicitatem ægris
oculis introscere, modumque fortuna à nonnullis magis exigere, quā quos in æquo videre.*

3 Ego erò, & si hæc urgere concedam, ubi talis est Princeps, qui se ignavia dedat, & suis
Administris omnino submitat, ejusdem Taciti (g) doctrinam spernens, qui magna Imperia igna-
via non conineri, prudenter admonuit: cum tamen de eo sermonem non habeam, quem ubi ita

(a) Saaved Empr. 49. pag. 338.

(b) Tacit. Annal. cap. 7.

(c) Erasmus his Adag. pag. 423. & 424.

(d) Senecan epist.

(e) D. Basil. in serm. de Invidiis.

(f) Tacit. 2. hist.

(g) Idem 5. Annal. cap. 1.

se ignaviter gerit, nec Principis nomine dignum esse probavi; sed de eo, qui Imperii auxilium, non exilium, in Administrorum oculis, auribus, ac manibus querit, ut in superiori (b) Emblemate vidimus, Magis ad hunc finem conducere arbitror, si duos pluresvè, prout Imperii moles, & rerum gerendarum cumulus postulaverit, pari, quod fieri possit, gratia, dignitate, ac potestate penes se habeat, ut priscis temporibus Julian, Augustum, aliasque Romanos Cæsares, & Imperatores fecisse retulimus, & nostri, in D. Carolo V. & Prudentissimo ejus filio Philippo II. vidimus contigisse. Quod non obscurè Tacitus (i) indicat, dum plurali numero loquitur, ubi Principes monet, ut Alios in curarum partem assument, & Plinius Junior (k) dum præcipuum Principis munus esse inquit, Amicos parare.

4 Idemque ipsum precedentis Emblematis nostri Regis figura designat, tot oculis, auribus, ac manibus variegata, & Templi structura, quam in hoc exhibemus, non una, sed pluribus, ut vides, portis, ac foribus, exteriori sui parte conspicua, quo veteres, tam Ethnici, quam Christiani, significare voluerunt, Deum adoraturis, atque exoraturis, aditus plures patere oportent, & totidem exitus, per quos faciliora vota desideria quea sua divino Numini exponere valeant, & multiplicatis, quod dici solet, intercessoribus (ipso tamen dumtaxat largiente) gratiarum suarum fluentia, veluti limphae fontis rivuli, per canales varios, in supplices diriventur, ut etiam in hac pictura patescat.

5 Quam similiudinem ex insigni quodam Politico (l) sumpsi, quem Petrus Andreas Canonherius transcribit, & sic habet: Observa in te, quod in edificiis Templorum, quem non unum, sed plures introitum ad se habent, Deum ipsum, non unum, sed plures mediatores habentem. Principibus idem ego considerem, qui dum in se tradunt, sunt ex Regibus clientes, & vassali: dum plures mediatores, & aditus ad se habent, præterquam quod imitantur Deum (summa securitas & felicitas) divinices sunt, & veriores Reges apparent.

6 A quo non nolum abest Jovianus Pontanus (m), dum dixit: Ut male actionem esset cum genere humano, si tri se Deus, aut paucis admodum, preberet exorandus: eodem modo male, cum Principum Regiomque familiariis, si in tanta multitudine, nisi, aut paucis admodum, locus fidesque sit.

7 Pro qua scientia expressus videatur ille Xenophonis (n) locus, quo Persarum Regibus multos fuisse Europas inequens, id ea ratione commendant: Quod si quis putet unum tantum oculum expetendum esse Regi, cum regnè falli certum est, unus enim & pauca videat, & pauca audiatur. Essetque aliis Ministris quasi negligenter quædam, & segne indicium otium, si id unu solùm aliqui demandatum füsset officium. Fratrem, quem subdit cegoscerent, illum esse oculum, aut aurem Regiam, scirent hunc caecidum esse, neque quicquam illi committendum, quod omnino præter rem Principis foret.

8 Neque hoc tamdem negare potuit Politicus ille noster (o), qui contrariae opinionis assertor, esse videatur, cum alibi dicat, Principem non quidem multos, eos tamen apud se Administratos, & Consiliarios habere debere, qui Regni gubernationi sufficient: Mostrandose indiferente con ellos, sin dexarse tener de solo el perecer de uno, porque no verá tanto como por todos.

9 Quid rervoirs achar, longoque rem uero expertus, præmonuit Philippus Cominæus (p), sic inequens: Principes apud se plures habeant Consiliarios, neque in omnia committant, sed aequaliter loco omnes habeant. Si enim ab uno, vel ab altero, Princeps totus pendeat, ceteri post illum sententiam suam vice dicere audebant, &c. Qeo cum sentiens Ferdinandus Pulgarius (q), huic rationi aliam adjicit: Que con los epartimientos que los Reyes hacen, es la grande aficion que sin justa causa muestran á mas que á otros, y las excesivas darderas que les dan, suelen provocar á odio, y del odio nacen malos persenientes, y peores obras.

10 Neque objecerit quisquam, Principum gratiam, aut auctoritatem pluribus commun icatam in minori, ipsique negotiis, per plures divisis, confusionem causari. Nam quod ad gratiam attinet, non ita impertendam censemus, ut sui numerositate vilescat, ut alijs D. Hieronymus (r) dixit, cum ad paucos illum, eodemque dignissimos, & undeque probatissimos, contrahamus.

11 Quod vero d' auctoritate, ipsorumque negotiorum expeditione subjicitur, nihil ponderis habet. Quoniam ut præclarè Erasmus (s), post Plutarchum (t), in similibus inquit: Non est infirmior manus, quod in digitos sit dissecta; sed ad operandum agitur, eodemque modo Republicæ mania, & negotia multis communicata, plenius faciliusque expeditior, & conficiuntur.

12 Ac quemadmodum navis Gubernator, quedam suis manibus facit, quedam per alios: & aliquando aliis ad clavum admisisse, ipse in proram denigrat; sic in Republica, non debet unus

(b) Supr. Embl. 18.

(i) Tacit. & alijs, de quib. supr. Embl. 45.

(k) Plin. Jun. in Paneg.

(l) Polit. quidam apud Canonth. in Aphor. polit. tom. 1.

Pag. 257.

(m) Jovian. Pontan. in lib. de Prince. off.

(n) Xenoph. lib. 4. Cyriæd.

(o) Saaved. Empr. 55. pag. 400.

(p) Comin. lib. pag. mibi.

(q) Pulgar en sus Clares Varenas, lib. 1. cap. 3.

(r) D. Hieron. in epist. ad Pamach. cap. 1. de privil.

(s) Erasm. in simil. fol. 2. Dadœus in locis Com. verb. Regnum, fol. 440.

(t) Plutarc. in Moral.

occu-

occupare omnia, sed aliis vicissim dare locum, rectius enim sicut, quæ multorum manibus peraguntur.

Quod si Principibus Administristi usum indulgemus, quod non soleat una unius hominis mens Regni molis esse capax, ut sacerdotes retulimus, ubi ad unum tantum Administrum tota eadem moles transfertur, nemo erit qui neget, idem periculum imminent: & verum esset quod Cassiodorus (u) admonuit: Uni incaute creditur, quod est à plurimis asserendum. Et Herodotus (x) de Ægyptis scribit, Medicinam apud eos in hunc modum esse distributam, ut singulorum morborum sint medicina, non plurim. Alii enim sunt oculorum, ali capitis, ali dentium, ali morborum aliorum.

13 Quapropter in Exodo (y) legimus, Jetronem Moysi genero consuluisse, ad Reipub. Hebrew commodiorem gubernationem, Partito onus tuon in plures, & erit Dominus tecum. Et concors est, & fuit semper Politice, & Juridice facultatis (z) proloquium, uni soli homini plura simul munia injungenda non esse. Quod Mecanatem etiam, in oratione ad Augustum apud Dionem (a), habet auctorem, dum duxit: Praestat per multis publica negotia administrari: ut & complures hinc emolumentum sentiant, & experientiam rerum gerendarum consequantur. Et magis strinxit Plutarchus (b), inquiens: Quod in publicis muneribus, qui plus uno fungi cupit, & plura onera subire non dubitat, oneribus ipsis, cum magna Reipub. pericula succumbit.

14 Hieronymus Ossorius (c), eo amplius rem diducit, ut existimet, non solum per unum solum, verum nec per paucos, Reipublicæ negotiis, & incolumenti prospici posse, his verbis: Quia fieri non potest, ut unis aliquis, aut etiam pauci quidam, quantunvis excellentes, & consilio præstantes, molem Regni sustineant. Nam negotiorum multitudo mentis caliginem iis obducit, qui in se nimium recipiunt: quia neque ingenii, neque etiam satis temporis habere possunt, ut res idonee considerent omnes.

15 Et Cassiodorus (d) post Juvenalem, pectora nostra duas curas non admittere inquit, nec ingenium duabus curis occupari debere. Et iterum (e): Duarum dignitatum gloriosam quidem, sed & laboriosam esse custodian. Franciscus quoque Patritius (f), Rempublicam navi hac de causa rectissime comparat, qua non unico nauta, sed plurimorum manibus indiget, cuius similitudinem juvat illud D. Petri, qui, ubi jubente Domino, rete in mare laxavit, & plenum piscibus sensit, socios ad illud extrahendum vocavit, quo loci auxilium, & plures manus, in gravibus & penderosis negotiis quæri debere, omnes Sacri Interpretes commentantur. Inter quos novissimus, & eruditissimus noster Nyssenus (g), aliis in rem eamdem docte congestis, inquit, quod qui contrarium faciunt Dynastæ, & multa uni tantum committunt, non præstant suis Despacho, sive Despecho.

16 Et Petrus Andreas Canonherius (h), cum Natali Comite (i), sentit, quod sicut varia in Republica sunt res, quæ tractantur, & multæ, quæ eodem tempore debent expediri: sic diversi debent esse rerum publicarum Consiliarii, quia nemo ad omnia est idoneus, nec in quibuslibet sapit: Sunt enim (inquit) alii belli gerendi, alii ferendarum legum, civiliorumque controversiarum Consiliarii apud Reges, alii Gubernandorum statuum, cum præclarior sit in uno, ne dum in his omnibus excellere, neque quisquam det bonum consilium, nisi de rebus bene cognitis.

17 Sed nemo, rei de qua agimus, aptius, & cohærentius loquuntur est, quam Aristoteles (k), qui præcipuum documentum Monarchicæ dominationis tuendæ, in eo constituit, ne uni tantum ex privatibus, totius Imperii confidentia præstetur. Ejus verba sunt hæc: Communis vero custodia omnis dominationis unius est, neminem utrum praeter ceteris magnum facere, sed plures, nam se invicem custodient: quod si quen extollere oporteat, non tamen eum, qui sit moribus audax, nam hujusmodi homines aptissimi sunt ad invadendum circa res omnes, si vero cuiusquam potentia minuenda est, modice, ac non uno simul impetu omnis potestas est auferenda.

18 Aristotelis doctrinam, licet eum non referat, sequitur Petrus Gregorius (l), addens, Quod pecant Principes, qui habent somnam potestatem, dum præposituras, aut magistratus plures uni concedant, qui unius onera vix sustinere potest. Et postea hujus abusus incommoda sigillatim enarrat. Quæ etiam Italo sermone tangit Joannes Guidiccionus (m) in quadam epistola, inquiens: Il favorir un solo, è un permet tergli, che si usurpi l'ufficio del padrone, che discenti insolente, come fano i servidori nella somma licentia de favori, è un permetter che si occupi il campo al Principe di usar liberalità, è magnificenza secondo il suo discreto giudicio.

19 Sed quoniam nemo hæc, & alia damna, quæ hac ex causa proveniunt, & quotidie experimur, de unius præ ceteris in Republica auctoritate luculentius scriptit, quam Auctor (n) de fundamenis

(u) Cassiod. lib. 11. epist. 24.

(e) Idem lib. 6. epist. 7. in fin.

(x) Herod. lib. 2. sive in Euterpe.

(f) Patri. lib. 5. de Repub.

(y) Exod. 18.

(g) Nyssen. in vita S. Iosm. Evang. lib. 2. cap. 9. ex pag. 67.

(z) L. nemo, & l. fin. C. de assess. cum multis aliis apud Me de mun. honor. num. 71. pag. 30. & 31. novissime Saaved. Empr. 52. ex pag. 378.

(h) Canonher. in Aphor. tom. 1. pag. 255. & seqq.

(a) Dion. lib. 53.

(i) Natal. Com. lib. 18. hist.

(b) Plutarc. in polit.

(k) Aristot. s. pol. cap. 11.

(c) Osor. de Reg. inst. lib. 1.

(l) Petr. Greg. lib. 4. de Repub. cap. 6.

(d) Cassiod. lib. 9. epist. 21. in fin. Juven. satyr. 7.

(m) Guidiccion. in epist.

(n) Auct. apud Casonber. ubi supr. pag. 256. & seqq.

dominationis, deque instrumentis regnandi, placet ejus verba hic ad literam transportare, maximè cum etiam ad cognoscendos frequentes ejusmodi Aulicorum Administrorum mores valde conducant, Quæ sic se habent: Nam statim, atque unum ex istis anteponit, & palam sibi cariorem proficitur, compaginem, & vim Principatus dissolvit. Consiliarios, quibus circumciciatur, disgratia, armorum suorum potentiam debilitat, justitiae equalitatem immutat, & sese incatum in quedam artificiorum, & astutum retia conjicit, plus minusve periculosa, prout qui Principis favore potitur, plus minusve ingentes spiritus gerit. Principatus compages & unio pluribus modis dissolvit: sed omnium periculosissimus est, quoties Princeps summe rerum liberandarum, aliquem totius benevolentie, & insoliti favoris ergo praeficit. Nam tunc in eo Principatu porta quedam aperitur, per quam externus quilibet Princeps, modo consuetis artibus uti voluerit, ingredi poterit. Verum abs dubio per eandem portam spes subditorum omnium intrabunt, recipientique per manus ea beneficia, que, nullo interjecto medio, ab ipsius Principis bonitate, atque elezione recognoscenda fuerant, &c.

20 Porro, ut gradum ad alia faciamus, illud animadverte oportet, hunc, vel hos Administratos, quem, quosve sibi Princeps adsciverit, non temere ex alienigenis sive exteris esse debere, ut & jam supra (o) in aliis etiam Consiliariis, & Magistratibus tetigis, non solum ea ratione, quam Iustus Lipsius (p) assignat, ex vulgari illo Ciceronis (q) veriloquio petita: *Ad consilium de Republica dandum, caput esse, nosse Rempublicam; sed ea potius, quod ubi Peregrinus aliquis in ejusmodi honoribus adipiscendis, ipsis civibus & indigenis praeclarus est, non modo invidiam, sed & odium plurimorum sibi, & ei qui eum elegerit, concitat. Ac quamquam de ipsa Republica benemeritus, & suis præclarè factis ad eam pervenerit dignitatem, nihilominus tamen cives ipsi, qui vel sua, vel majorum virtute, & industria, Rempublicam invisse dicuntur, istud a quo animo pati non poterunt. Ut omittam alia pericula, qua de exterorum consiliis, & auxiliis vereri possumus, qua in causa fuerunt, ut in Proverbii (r), & in Ecclesiastico (s), ab eis cavendum, nos Salomon, & Syracides monent; necnon propriæ nationi injuriam, gravemque notam inuri videri, quasi quod indigenis bene merentibus, & ad hæc munia sufficientibus, careat, cum ad exteris deferantur. Quibus, & aliis rationibus, multisque exemplis similium electionum, qua dama gravissima pepererunt, non solum hos, de quibus nunc loquimur, Administratos, verù & reliquos Magistratus, ex Regnicolis quæ debere, multis passim utriusque juris communis, & Hispani nostri dispositionibus, cautum reperitur, & Auctorum doctrinæ suffultum, quas in unum Ego (t) alibi diligenter congressi, & novissimè tractant Lambertus Danæus (u), Lauterbachius, Richter, Coningus, Campana (x), Filescus (y), Kirchenerus, (z) & Nicolaus Bernegerus (a), qui altè, & apè de hac re loquentem Justum Lipsium adducit in notis ad librum Tertium Politicum, cap. 4. pag. 260, ubi ait, quod, ut in quam domum vespillones veniunt, signum est funeris: sic Reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini: hinc enim livor, questus, & aversio quadam animalium, cum indigenæ plus alienis tribui, credite evidet. Quod & ipsi populo Dei præceptum esse, ex Deuteronomio (b) cognoscimus, dum de Rege creando his verbis edicit: *Eum constituës, quem Dominus Deus tuus elegerebit, de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus.**

22 Apud Filescum alibi (c), etiam in questionem deducunt, an Ecclesiasticis viris, & tutum sit, & suo ordini consentaneum, in Aulis Regum versari, & hæc Primorum Administrorum munia, ut sèpè solent plures, ambire, & obire? Et quamvis cum Petro Blesensi (d), hoc non esse usquequaque damnandum, docere videatur, forte quia eo tempore scrispsit, quo Eminentiss. Cardinalis Armandus Rocheleus Gallicani Regni clavum, ipsiusque simul, & aliorum cladem moderabatur, & moliebatur, satis tamè ostendit, non benè sacras infulas cum aulicis moribus, & occupationibus convenire; nec habitare cum ranis, quæ sunt in penetralibus Regum, & inter Aulicos simulachrum Religionis adumbrat prætendere.

22 Idemque periculum, aut etiam gravius, illis Ecclesiasticis imminere, qui forensibus actionibus, & civilibus Magistratibus deserviunt, latè post plures alios, quos Ego alibi (e) refero, idem Auctor scriptum reliquit, & novissimè etiam Bernegerus (f) pertractat, cum Justo Lipsio concludens, quod etsi ad publica consilia Sacerdotes etiam admitti possint, rarernt tamen, & extra ordinem id fieri debet, tunc videlicet cum de rebus planè seriis, & gravibus agitur. Alioqui talibus se passim ex officio ingerentes, contra se habent D. Bernardum (g) qui hæc infima & terrena, terrenis Judicibus, & Principibus relinquenda esse ab Ecclesiasticis, tradit, quippè qui sint in potioribus occupati.

EM-

(e) Supr. Embl. 52. in fine.

(p) Lips. 3. pol. cap. 4.

(q) Cicer. 2. de orat.

(r) Proverb. 10. 9. 10.

(s) Eccles. 8. 21.

(t) Ego latissimè 2. tom. lib. 3. cap. 19. ex num. 4. & lib. 4. cap. 4. num. 50. & seqq. & sup. Embl. 52. in fine.

(u) Danæus, Lauterbac. & Richter. ap. Coning. 2. tom. Theat. polit. cap. 33.

(x) Campana de elect. Magist. num.

(y) Filescus. 1. select. trað. 1. cap. 3. ad fin.

(z) Kirchener. polis. disp. 7.

(a) Berneg. in questi. 159. ad Tacit.

(b) Deuter. 17. 15.

(c) Filesc. de idol. polit. cap. 2. ex pag. 24.


(d) Blesensis epist. 84. 108. 113. & 150.

(e) Ego dñs. lib. 4. cap. 4. num. 42. & seqq.

(f) Berneg. ubi supr. questi. 56. ex Lips. in not. ad 3. pol. cap. 5.

(g) Div. Bernard. quam vide lib. 1. ad Eugen. cap. 5.

IN TUMIDOS ADMINISTROS.



*Figitur, ut vitis sustentet pondera, vallis,
Ille tamen florens, germina sèpè premit.
Non aliter Regis florens admissus in Aulam,
Tollit opes, debens ferre Minister opem.*

COMMENTARIUS.

I  Um ergo Administrorum munus & cura, quam ita necessariam Principibus esse probavimus, èd tendere debeat, ut ipsos juvet, non ut ipsi jubeat, famulos, non dominos suorum dominorum officiat, & ut juxta Senecæ (a) monitum, illorum rationes administrent, tam abstinenter, quam alias; tam diligenter, quam suas; tam religiosè, quam publicas, atque ab omni turpis, aut excessivi lucri studio manus cohíbeant, quod corrupit omnia, & perrupt, ita ut dicere poterit D. Leo Papa (b): *Amori pecuniae vilis est omnis affectio, nullumque est in ea corde justitiae vestigium, in quo avaritia fecit habitaculum.*

2 Merito eisdem præsens Emblema ob oculos ponimus, ex vallo, ad vitis allevationem, & sustentationem adjuncto, qui interdum radices agere, ac revirescere solet, suisque luxuriantibus frondibus, item ipsam supprimere, & suffocare, in cuius subsidiū, & pedamentum positus fuerat; ut & tumidi isti, nimisque florentes, & potentes Administri Principes ipsos, quorum levamen & juvamen præstare debuerunt.

3 Quam quidem picturam, sub hedera, populum cui adhaerat, excicante, post hæc scripta, apud Novellum (c) alium Emblematarium inveni, in eum tamen finem, ut ingratis notet, & reprehendat, ut ejus Epigraphes, & subjecta carmina indicant, quem sic habent:

*Serpentes hedera nequeunt consistere per se,
Sed duce popule stemmate, summa petunt.
Et tamen hoc vita tandem complexibus orbant,
Obsequiis vinci mens male grata nequit.*

4 Hanc enim hedera naturam esse, ut arboris vires absunt, sine cuius fulcro humi serpet, & pedibus conculcanda maneret, benè præter Plinium (d), & alios, expressit Laberius (e), eam-

(a) Senec. de brevit. vita, cap. 18.

(b) D. Leo Pap. serm. 9. de Passion.

(c) Scoonov. Embl. 14. pag. 42.

(d) Plin. lib. 16. cap. 44.

(e) Laberius Poeta.

eamdem vetustati hominum similem faciens, his verbis:

Ut hedera semper vires arboreas necat,
Ita me vetustas complexu annorum enecat,
Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.

5 Unde, valde ad thema nostrum, inquit Hadrianus Junius (*f*), quod cum quidam vir Aulicus pro symbolo gestaret Pyramidem, cui implexa hedera in altum surgebat, sic ostendere volens, se sui Principis gratia virere, quidam ad creandam ei invidiam, alio ejus sensum detorserunt; velut qui circumsummum tenuerit Galliarum Regem, & hederae instar circumplicatum, ne quis ad eum pateret aditus sine ipsis assensu.

6 Nos verò aliosrum tendimus, & sub vite, quam vallis efflorescens aridam reddit, similem ambitionis Administrorum erga suos Principes operationem, aptius, ni fallimur, insinuamus, Plutarchi (*g*) in moralibus, à quo habuit Erasmus (*b*), vestigiis hærentes, qui ita ait: Non quævis arbor paitur complectentem se vitam: sed quædam prefigunt eam, & extinguunt: ita ambitionis quidam, ob invidiam, ipsos, quos fulciunt premunt, ne quando emergant, eoque tamdem insolentiae devinentur, ut per quos proficerent, & quibus omnia incrementa sua, vitam denique ipsam debent, eos de statu suo deficiant.

7 Quam etiam improbitatem, elegantissimè Seneca (*i*), sub serpentis comparatione demonstrat, qua hominem perimit, cuius calore, cum frigore riget, vires accepit: Ut multorum crudelitas, & ambitio & luxuria facere solet, quorum letent via, dum imbecilla sunt, vel fortunæ favore deficitur, non minus tamen quæ serpens ausura, cum illis vires sue placherint, & subita, & magna potentia impotenter uti potuerint.

8 Possunt etiam in aviditate cumulandarum opum, canibus comparati, de quibus idem Seneca (*k*), non minus dissertè, sic ait: Vidisti aliquando canem missa à domino frustra panis, aut carnis, aperto ore captantem. Quidquid exceptit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri biat. Idem evenit bis, quidquid expectantibus fortuna projicit, id sine ulla voluptate demittunt, statim ad rapinam alterius erexit, & attenti, &c.

9 Sunt qui & eosdem Harpiæ similes faciant, quas (sic à rapiendo dictas) fabulae veterum (*l*) confinxerunt, aures ursorum, corpora vulturn, faciem virginum habuisse, alatasque etiam, & humanis brachiis, ac pedibus, sed unguibus monstrosis, quibus pretiosas quasque dapes, quæ Phinei Regis mensis parabantur, rapaciter involabant, & quæ relinquebant, ita tetro & fœdo excremento inquinabant, ut fœtor omnino perferti non posset. Unde & Canes Jovis, ac rapaces dæmones, eas Poëtae vocarunt, & Virgilius (*m*) de iis dicere potuit:

Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla
Pestis, & ira Deum, stigii se se extulit undis.
Virginei volucrum vultus: fædissima ventris
Prolycives: inæque manus, & pallida semper.
Pra fame, &c.

Et Rutilius Numatianus (*n*), Gallus, vir Consularis:

Harpyæ, quarum discerpitur unguibus orbis,
Que pede glutineo, que tetigere trahunt.

10 Ac verè, sic sæpè se res habet, ut juxta Claudiani (*o*) sententiam,

Asperius nihil sit, humili cum surgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet; deservit in omnes,
Ut se posse putet, nec bellua tetrica ulla est,
Quam servi rabies in libera collarentur.

Quod & ipsum observavit Sextus Aurelius (*p*) Victor, sic inquietus: Quibus rebus, quantum ingenuum est, compertum habeo, humillimos quoque, maximè ubi alta accesserunt, superbia atque ambitione immodosos esse.

11 Et secundum Aristotelem (*q*): Qui in affluentia fortuna, virium, opum, & amicorum, aliorumque talium, constituti sunt, regi, atque obedire, neque volunt, neque norunt; certum quin potius illud

(*f*) Jun. Embl. 14. in notis, pag. 91.

(*g*) Plutarch. in polit.

(*b*) Erasm. in simil. fol. mibi 2.

(*i*) Senec. epist. 42.

(*k*) Idem epist. 72.

(*l*) Natal. Comes late lib. 7. Mythol. cap. 6.

(*m*) Virgil. 3. Æneid.

(*n*) Numatian. in Itinerar.

(*o*) Claudian. lib. 1. in Eutrop.

(*p*) Sext. Aurel. in Cæsar. part. 2.

(*q*) Aristot. 4. polit. 11.

de cosa alguna, que así altere, ni suspenda, ni encienda, ni arrebate el ánimo humano, como el mandar, i acrecentar el mando.

12 Quod satis suo exemplo, Sejani, Ruffini, Eutropii, & alii plures antiquorum, & nostrorum seculorum intimi Regum Administri, seu Regalium domorum Megistanes, nobis ostenderunt: Dum s. epè (ut benè Modernus quidam (*r*) scriptum reliquit) potestate ad superbiam abusi, invidiæ primum, mox odio sui locum fecere. Et quos in levamentum oneris Principes ascererant, iti s. epè supra illud alterius nostri, res alicias suo periculo satis docti Politici, efficiunt: No hab amar en la tierra Principes se se tulere, precardaque modestia fuit; ut contenti plus quam privatibus optibus essent, nec Heros suos in potestate babere conarentur. Ex quo pulchrum sibi duxerunt, supra Rempublicam stare, & lubricam banc Aule bistrionam exercere: artibus debinc patritis, & nulla moderatione votorum, ad spem dominationis sunt erexit. Ergo qui ultra sortem suam in amplissimis, & clarissimis rebus versabantur, adduc non potuerunt, ut fortunam, cui tantum iucuerat, reverentur, sed spe improbiorum, ipsorum s. epè Regum dominium affectiorunt.

13 Nec abest Modernior adhuc alter Scriptor (*s*), qui eos, qui talia audent, proditiois criminis nota, cum idem sit Regibus, ac Regni sub dolis artibus præpotiri, & ex Amicorum munere, ac nomine ad Regiæ adorationis numen velle concendere, cujus benignissimi syderis influentis contenti esse deberent, & tunc demum se crescere posse, si se se dominorum suorum fidei tutelaque committant (*t*).

Sicut Parnasia laurus
Parva, sub ingenti matris se subjicit umbra.

Et ab hac aura uberes incrementorum proventus sperent, sic se illis majores ostentantes, dum ipsos sublimatas parti honoris inclinat.

14 Quia, ut signanter monuit Cassiodorus (*u*): Sic est in Principibus humilitas gloriosa, quemadmodum in mediocribus odiosa potest esse jactantia. Unde & ipse (*x*), sub nomine Theodori Regis, quemdam Senarium, ex ejus intimes, ab eadem humiliare his verbis commendat: Sed hoc amplius comendabat humilitas, quæ tam clara, quam rara est. Novum est enim sub amore Principis custodire modestiam: quia gaudia semper animos inquietant, modus enim raro letis rebus imponitur, qui magis in tristibus incitat.

15 Quod, cum illo Senecæ Tragici (*y*) convenit,

Quo fortuna altius
Exexit, ac levavit humanas opes,
Hoc se supprimere magis felicem decet.

Et optimo simili, ex Sole desumpto, eosdem Proceres, de quibus loquimur, idem ipsum suadet Erasmus (*z*), sic inquietus: Sol cum est altissimè proiectus in Zodiaco, tum tardissimi motus est: ita quæ fortuna te subvexerit altius, hoc oportet animo leniori, minisque feroci esse.

16 Accedit his optimum Consilium, quod magnis istis Satrapis præstant verba Plini (*a*) Junioris, dum suo Panegirico inquit, quod Quemadmodum corpora, quamlibet ardua, & excelsa, procerioribus admota decrescant, ita cives, quamvis in altissima dignitate se constitutos videant, intelligere debent; collatione fastigii Imperatorii se quasi deprimi, quantoque proprius ad magnitudinem Imperatorian ascenderit, tantum etiam à sua descendisse videri.

17 Cujus loci mentionem ad rem nostram faciens Joannes Filescus (*b*), fungos planè ac pepones ambitiosos Aulicos, cuiuscumque sint sortis, appellat, qui haec non cogitent, quia potius voti sui, ac desiderii compotes facti, quasi cœlum vertice tangent, ceteros omnes longè infra se collocatos esse arbitrantur, excelsum fastum & volatum aquilæ imitantes, quam elegantissimè Apulejus (*c*) describit, se nubium tenus altissimè sublimantem, ejus tamen tam elati, tam excelsi, vel ambitiosi volatus, sæpè solet eventus frustrari, ut & inflama ex stipula exorta, iuxta eundem Apulejum, contigit: Claro crepitu, largo fulgore, cito incremento, sed materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis. Nescio enim quo malo generis humani, ut Tacitus (*d*) docet: Felicitate corrupimus; & ut latius Pacatus (*e*) inquit: In discreta felicitate pedissequa superbia est, ac vix cuiquam contigit, & abundare fortuna, & indigere arrogancia.

Quem

(*r*) Joann. Schild. in exercit. ad Tacit. pag. 98.

(*s*) D. Franc. Queved. in libell. posth. jocoso, sed lectu

digno, de la fortuna consejo.

(*t*) Virgil. 2. Georg. ex quo Embl. 13. Zuerii.

(*u*) Cassiod. lib. 5. epist. 44.

(*x*) Idem lib. 4. epist. 4.

(*y*) Senec. Trag. 6.

(*z*) Erasm. in lib. de just. Princip.

(*a*) Plin. in Paneg.

(*b*) Joann. Filesc. 2. select. tract. 1. cap. 3. pag. 12.

(*c*) Apul. 1. florid.

(*d*) Tacit. 1. histrio.

(*e*) Pacat. in Paneg. ad Theodos.

18 Quem sequutus Salvianus (*f*), eamdem superbiam uno in loco, Pedisquam plerunque novi honoris appellat. Et in alio (*g*) sic habet: *Quotus quisque sapientum est, quem secunda non mutant, cui non crescat cum prosperit vitiositas; non una certe, nec unius generis, & felix ille ambitionis successus, ceteros sic aspernatur, ut sibi uni totum hoc beneficium Fortune deberi, & in omnium oculis incurvare oportere, reliquis omnibus abdicatis, existimet.*

19 Cum animadvertere tumidi isti, & elati deberent, quam longè melius sibi consulerent, si illud Ecclesiastici (*b*) monitum observarent: *Rectorem te possuerunt, nolli extolliri. Esto in illis quasi unus ex ipsis, & ita moderatè se gerent, ut nullum omnino invidiae ictum, neque ab aliis sua conditionis Proceribus, neque à popularibus pertimescerent. Quibus ut Rethor Gallus apud Senecam (*i*) Patrem dixit: *Ividiosum est unum hominem toties optare omnes honores intercipere: vel, ut benè addit Arnobius (*k*): Suas eminere tantummodo velle fortunas, aliorum res premit, & in contemptu humilitatis calcar.**

20 Festinati quippe tam honorum, quam opum cumuli, eadem festinatione diminui solent, & in novissimo benedictione carere, ut à Salomone (*l*) docemur. Neque quisquam extat, ex multis, qui post Lipsium (*m*) de ejusmodi Administrorum documentis seu monitis scripserunt (*n*), qui eisdem seriò non consulat, esse, ut Tacitus in Agricola dixit: *Id sibi maximè formidolosum, privati hominis nomen suprà Principes attulit. Et ne dominis suis æquari, ne dum eosdem excedere, aut supprimere velint, Lunæque vicem, & officium obire contenti, ome gloria, & actionum suarum lumen, in illos, tamquam in Solem refundant, sibique adversa, illis prospera tribuant.*

21 Hoc enim Regum conditionem exposcere, rectè Æmilius Probus (*o*) animadvertis; & non minus rectè Marcus Zuerius (*p*) Boxhornius sic inquiens: *Ut sub majoris umbra enata, & tenella adhuc arbor se deleat, ita Principes usurpandi, qui suos infra id etiam esse volunt, quod sunt, & habent. Nam magnitudini sue deberi putant, sua quemque vel ignorare, vel non profiteri. Non facienda hic omnia, que potes, & celanda, que jam fecisti; tuum est debere, etiam cum solvisti. Dives est, qui Principi sui debet: inops vero, & miser, qui satis fecisse videri vult, & satis fecit. Majorem Principem cogita, quam est, & te ipso te minorem. Fortunam ejus, & tuam cogita. Illa tibi tanta sit, ut nec abstringi queat, nec nec expleri. Tua autem talis, ut respondere non possit, & si possit, atque responderit, non respondere videantur.*

22 Quibus sat simile est Apophthegma illud Roderici Gomez de Sylva, quod suis narrationibus Petrus Matthæus (*q*) inservit: *No ay Principe tan grande animo, que al cabo no tenga celos de la mucha autoridad de sus privados. Quod efficere debet, ut cauti & prudentes Administris parcè de rebus à se, vel vello, vel toga benè gestis, coram suis Principibus loqui debeant, vel toton illud quantumcumque sit, illorum, non propria gloria assignent, atque attribuant, ut latius consulint, & prosequebit Nicolaus Bernegerus (*r*), optima exempla Germanici, Agrippæ, & aliorum expandens.*

23 Addo, quod etsi verò Martialis (*s*) dicere potuerit;

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Et Tacitus (*t*): *Difficile esse, continere ex sapientia modum. Adhuc prudens, & cordatus Regum Amicus, & Administer, ipsis in hoc etiam cedere debet, aut ita temperanter suis consiliis deferre, ut illa ab eisdem imbibisse, percipisse videatur, ne si secus faciat, ab eorum gratia, & animis excidat, ut Lusitanus ille Ludovicus Sylveira, Emanueli Regi aliqui gravissimus, præsensit, & suis filii patefecit, tuac cum per suam imprudentiam agnoscit, in cuiusdam epistolæ exaratione, sibi à Rege commissa (quam simul & ipse Rex seorsim scribendam suscepit) illum superasse, sic enim illis dixisse Petrus Matthæus (*u*), ultra alios, enarrat: *Buschianzi Fortuna figlioli, non si è più si cureza nella Corte per me. Il Re per mia imprudenza ha conosciuto oggi, che yoò più dilui.**

24 Et planè, quisquis ex Summatibus hanc orbitam sua apud Principes gratiæ, & acceptionis excesserit, & intra suam se nescierit Fortunam cum moderatione debita continere, aut in querendas nimias opes, opem, opus, operamè converterit, quam illis amicè, & fideliter præstare, munus ipsum, suis impositum humeris, postulabat, semper in ancipi, & lubrico,

quem

(*f*) Salv. epist. 2.

(*g*) Idem epist. 7.

(*h*) Eccles. 32. 1.

(*i*) Senec. lib. 1. contrav. cont. 1.

(*k*) Arnob. lib. 1.

(*l*) Prov. 20. 21. 23. 11.

(*m*) Lips. lib. 3. polit. cap. fin.

(*n*) Marq. in Gab. Christ. lib. 2. cap. 31. Velaz. de opt. Princ. admin. & noviss. Saaved. Emp. 50. ex pag. 343. & pag. 243. 338. & seqq. & 413. Cespedes, quem omnino vi-

de in vita Philip. IV. lib. 1. cap. 3.

(*o*) Prob. in Datanc.

(*p*) Zuerius Embl. 13.

(*q*) Pet. Matth. lib. 6. pag. mibi 231.

(*r*) Berneg. ad Tacit. quæst. 69.

(*t*) Mart. lib. 5. epig. 43.

(*u*) Tacit. in Agric.

(*v*) Pet. Matth. in sua histor. Franc. lib. 3. pag. mibi in Itala traductione 173.

quem occupat, loco, vereri debet, ne vel invidorum tacitis cohortationibus, vel suopte ipsorum Principum igitur, ac naturali inconstantia, eorum gratia excidat.

25 Quos tandem padet ac pœnit, ut bene Filescus (*x*) animadvertis, quos in immensum supra ceteros extulerint, quasi Imperii consortes habere eum: neque Aquila Trochillum, alio nomine Regaliolum, teste (*y*) Plinio, sibi æquari patiatur. Cui addi potest nobile Regis nostri Domin. Philippi II. Apophthegma (*z*), ad quem cum sui auxilium magno cum jubilo accipitrem ferrent, qui nuper, intervolandum, Aquillam Regiam, post acrem pugnam vicerat, & occiderat, illum statim truncari capite jussit, eam reddens rationem, quod nemo suo se capiti ne dum superiore: verum ne æqualem quidem præstare deberet.

26 Extat quoque apud Dionem (*a*), in eamdem rem, insigne aliud Mæcenatis ad Augustum consilium, cui, cum Agrippa ad supremum potentia fastigium elevatus fuisset: *Agrippa (inquit) aut gener tuus fiat, aut occidatur necesse est. Et vulgatum Taciti (*b*) oraculum, hac in parte non minus certum illis:*

Pythia que tripoda ex Phabi lauroque profatur.

Aulici nimirūm cuiusque summi, Fato potentiam raro sempiternam. An satias capit, aut Principes cum omnia tribuerint, aut Summatas, cum jani nihil reliquum est, quod cupiant.

27 Sic certè Mæcenas Augusti, & Crispus, Sallustii ex sorore nepos, Tiberii gratia excedit. Et Seneca, sub Nerone, objectans sibi tot opum congregatarum calumniam, sibi invidiam, qua dicebatur, vel ipsum Principem superare, his verbis apud Tacitum (*c*) diluere, sive excusare curavit: *Una defensio occurrit, quod munieribus tuis obniti non debui: sed uteque mensuram implevi. Et tu quantum Princeps tribueret Amico posset, & ego quantum Amicus à Princepe accipere. Cetera invidiam augent, que quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet. Quia quidem defensio, & opum ei cum lubentia resignaturum oblatio, etsi tunc Neroni, velato blanditiis odio, grata esse visa fuerit, postea tamen, (ipso latius narrante (*d*) Tacito) eidem Senecæ propriæ opes immensæque, ac pariter invisa divitiae, exitium attuluerunt.*

28 Est enim hoc Principibus quasi fatale, ut carissima sibi Capita, quotiens potentia & opibus ad timendum Dominanti fastigium eriperunt, ea depriment, & submoveant, & vel obtrahunt, vocibus lacessiti, vel conglomeratarum divitiarum cupiditates pellecti, facilis in eos animadvertant, ipsas tamdem divitias, quas illi ex publicis, ac pribatis facultatibus corrugaverant exsugentes.

29 Quam in rem plurima ex antiquis, & aliqua non contemnda ex nostris his temporibus adducere possem (*e*), nisi de his posteritatí potius, quæ semper incorrupti judicat, arbitrandum existimare, & vel de Vespasiano Suetonius (*f*) enarrat; procuratorum apacissimum quemque ad ampliora officia ex industria promovere solitum fuisse, quo locupletiores, mox condonaret. Quò haud dubiè Alciatus (*g*) noster respxit in nobili illo Emblemate, cuius lemma, *Quod non capit Christus, rapit Fiscus, ex quadam Decretali (*b*) desumptum, his subjectis carminibus,*

Exprimit huonentes, quas jam madefecerat ante Spongiolas, cupidi Principis arta manus.

Provehi: ad summum fures, quos deinde coerct, Vertat ut in Fiscum, quæ malè parta, suum.

30 Quamobrem prudenter Canonherius (*i*), congestis innumeris aliorum Politicorum Aphorismis, Aulicos admonet, ne ad tantum gloriam, tantasve divitias consurgere velint, ut possint ea odium, ac invidiam sibi conflare; Ac quemadmodum satius est Athletis de plenitudine habitus remitti, quam illum continuò augeri; sic Aulicos in minori periculo esse, quando illis de gratia dimittitur, quam quando ad ejus fastigium, quod præcipito semper est vicinum, pervenitur.

31 Certè Pittacus ille Mytileneus, qui è septem Sapientum numero est habitus, Æmilio Probo (*k*), præter alios, narrante, cum ei Mytilenei multa millia jugerum agri muneri darent:

V

Nō-

(*x*) Filescus. 2. tom. select. tract. 1. cap. 8. pag. 47.

(*y*) Plin. lib. 1. cap. 74.

(*z*) Did. Porrenus de dict. & fact. Philip. II.

(*a*) Dio lib. 54.

(*b*) Tacit. 3. Annal.

(*c*) Tacit. 14. Annal.

(*d*) Tacit. 15. Annal.

(*e*) Vide Gund. Ceipedes in hist. Philip. IV. lib. 1. c. 3.

(*f*) Sueton. in Vesp. cap. 16.

(*g*) Alciat. Emb. 147.

(*h*) Camp. majoris 17. quæst. 7.

(*i*) Canonth. in Aphor. pol. 1. tom. pag. 577. & seqq.

(*k*) Æmil. Proh. in Thrasibulo.


Nolite rogo vos (inquit) mibi dare, multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius quam centum jugera, quæ & mean animi æquitatem, & vestram voluntatem indicent: nam parva munera diutina, locupletia, non propria esse consuerunt.

32 Simili moderatione usus videtur Pallas, Claudi Casaris libertus, eique suprà omnes dilectus & rei sue familiari præpositus, ut Tacitus memora. (l). Cui cum Senatus, Casari blandiens, ob singularem fidem & industriam, præclaraque in Rempublicam merita, ornamenta præatoria, & sestertium centies quinquaginta præstari decrevisset, honorem accepit, pecuniam tamen, etiam ipso Cesare, & Senatu valde urgente, accipere recusavit, & id in monumento suo inscriptum reliquit, quod Plinius Junior (m) suo tempore in via Tiburtina repertum commemorat. Duabus tamen epistolis graviter stoliditatem, vel humilitatem Senatus, & Casaris dolens, & reprehendens quod cum servili & fastidioso mancipio nulliusque in Rempublicam meriti, pro defendens ac cumulandis præmis, & honoribus decertarent, quibus ornari veteres illi Scipiones, Marii, Sillæ, Pompei, magni deducerent, quorum laudes, inspectis Senatus Consulti verbis, infra Pallantis laudes jacebunt.

33 Quas epistolas, lectu quidem, & memoria dignissimas judico, cum vel ex illis apparet, quibus fraudibus, quibus periculis, nimia aliquorum Administrorum elatio subjaceat; quæ, etiam ubi digni confertur, ita suspecta Aristoteli (n) fuit, ut quæstionem moveat, quid de eo statuendum, sit qui in aliqua Republica præ reliquis, virtute, dignitate, opibus emineat, & de pluribus memoret, qui ubi Oligarchicè, aut Democraticè gubernabantur, ob hanc causam ostracismo (quod erat exilio genus) præstantiores nonnullos cives in exilium egerunt. Quod licet ipse tandem non probet in ejusmodo Rebus publicis, cum potius optimi legibus, & instituti temperatas ac stabilitas, deceat, cives virrute præstantes extolle-re, idque earum scopo, hoc est communi, & publico bono, convenientissimum existat: in Monarchiis tamen, & Regnis, ubi ex unius nutu, & arbitrio omnes subditi pendent, at-tentiorem curam desiderat, cum multi sapè reperti sint, qui Regum, vel ætate, vel facili-tate abusi, se suprà (n) eosdem extollere, & erigere audeant.

34 Quorum plura exempla passim Historiæ recensent, & illustrius nullum est eo, quod de Rege Antiocho Magno Polibius (o) enarrat, Hermeam, quem vehementer ornavit; cum uxore, & liberis occidente, quod auctoritate, quam habebat nimis insolenter uteretur; cuius tamen vindicta, ceteros similia audentes comprimere poterit, & pariter nostri Emblematis monumentum. Nam etsi vallis supra vitæ aliquando florescat ei tamen statim falx imminet, quæ in ejus tendit excidium, frendetque quæ fronduit, verum illud Q. Curtii (p) reddens: Arbores magnas diu in crescere, una hora extirpari; & simul ac cecidit, eundem carpendum omnibus exhibet, ut bene quidam alio (q) Emblemate, licet aliud agens, ostendit, sub arboris lapsæ pictura, cuius ramos plures amotis falcibus scindunt, & his carni-nibus,

Fit spoliu quæcumque cadit; nemo unus honori
Parcit; at obtritam carpere nolle, probrum est.
Sic agitur; quisquis cadit & levius impetu culpæ;
Ilicet obloquii carpitur, ut cecidit.



EM-

(k) Tacit. 1. 12. Annal.

(l) Plin. Jun. lib. 7. epist. 29. & lib. 8. epist. 6. ad Motan.

(m) Aristot. 3. pol. cap. 9. Filescac. dist. cap. 8. pag. 47.

(n) Sup. Emb. 18. 37. pag. 81.

(o) Polib. lib. 5.

(p) Q. Curt. lib. 7. cap. 8.

(q) Ant. à Burg. in Emb. de vitiis lingua, 1. par. Emb. 37. pag. 81.

QUI EMINENT, CADUNT



Mensibus alternis vastissimus Ephialtes
Crevit in immenso corpore semipede.
Jam novus in terris nubes excedit Olympus.
Sed perit hic, regio flammea fortè premit.
Cui Fortuna favet, caveat se extollere in auras,
Cum videat fluxu cuncta perire suo.

COMMENTARIUS.

I Uemadmodum certum est, ab omni ævo Reges, & Principes Administris, seu Adminiculis usos fuisse, ut ex Paterculo (a), & afis in superioribus (b) vidimus: ita pariter affirmare possumus, raro etiam omnibus retrò seculis aliquos extitisse, qui ad summum favoris gratiaque Principum ipsorum evesti, ocyus quam ascenderint, non descenderint, & in se, quam sit verum illud Lucani (c) effatum experti non sint,

Suumisque negatum,
Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus.

2 Quod fatorum malignitati tribuere videtur ejusdem Lucani avus Seneca (d), inquiens: Fati maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, ut ad sunnum perduta, rursus ad infimum, velocius quidem, quam ascenderunt relabuntur. Necnon & Tacitus (e), dum scripsit: Fato potentiam raro sempiternam. Et communis ipsius mortalium naturæ legi, Thucydides (f), docens: Natura comparatum est, ut nihil in ea perpetuum sit, & omnia quæ crescent, decrescant.

3 Quod etiam Syracides (g) censuit, dum monuit, Alia generantur, & alia dejicuntur: sic generatio carnis, & sanguinis alia finitur, & alia nascitur, &c. Et Seneca (b), quatenus uno in loco ait: Quod fortuitò obvenit, instabile est: quo altius surrexerit, vergit pronius in occasum. Et in aliis (i) Mortale est omne mortalium bonum; Mortalia eminent, cadunt, deteruntur, crescent esbauriuntur, implentur, quicquid ad sunnum venit, ad exitum propè est: Sic ingenia, quo illistriora breviora sunt. Indicium est imminentis exitii, maturitas, & appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

4 Cujus doctrinæ meminit itidem (k) in Octavia, quando inquit:
Quid me potens fortuna, fallaci mibi

VV2

Blan-

(a) Paterc. lib. 2.

(b) Vide supr. Emblem. 54.

(c) Luc. 1. Phœn.

(d) Senec. in Prol. declam.

(e) Tacit. 3. Annal.

(f) Thucyd. lib. 2.

(g) Eccles. 14. 19.

(h) Senec. de brevitat. vite, cap. 17.

(i) Idem epist. 67. 98. & de consol. ad Martiam. c. 23.

(k) Senec. in Ost.